

## MICULA XIV.

Verbum in Peal una cum suffixo primæ personæ  
**דְּסַרְעִיסֵּתִי** *Deseruisti me*; quod Syrus apud Marcum  
 bis, apud Matthæum vero semel habet ll. cc. apud  
 utrumque Evangelistam in Textu avthentico per *σαχθανί* legitur expressum. Mirum, ais, cur Davidi-  
 cum **עֲזָבָתָנִי** neuter voluerit retentum. Satis inepte  
 nonnemo ad illud **סְבִּךְ** Gen. XXII, 13. allusum putat, ut  
 indicaret Salvator, se esse ariete illo, quem Abraham  
 in perplexitate senticeti pendulum conspexerat, præ-  
 figuratum. Satius est, existimare, Christum lingua  
 Syro-Chaldaica, post captivitatem Babyloniam, Ju-  
 dæis vernacula, fuisse usum, ut a spectatoribus tanto  
 citius intelligeretur. Confer *B. D. Müller. Jes. Pat.*  
*not. 70.*

## MICULA XV.

Quando Socinianorum nonnulli verba Stephani  
 A& VII, 59. κύριε ἡμῖν, in regimine potius, quam per  
 appositionem explicant, quasi Dominus JESV CHRI-  
 STI, nempe *Deus Pater* a Stephano moribundo invo-  
 cetur; Syrus e contrario ostendit, versum illum ab  
 antiquiore Christi Ecclesia minime gentium ita fuisse  
 expositum. Transfert enim illa verba sic: **וְאֶלְכָה** **דְּמָנוֹתִי**  
*Domine noster JESV.* Unde patet evidentissime, ipsum-  
 met Sofandrum nostrum hic a Stephano Dominum  
 appellari.